SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
e l'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Priores } Terrae S. Gem.
populi }

Erudito viro et humanarum literarum professori Magistro
Fabio Caroso de Amatricia sal. Superioribus diebus, cum
in nostro publico Concilio de electione novi preceptoris
tractaretur, qui filios nostros bonarum litterarum scientia
imbueret atque honestis moribus instrueret: Inter-
plures qui nobis commendabantur te solum hoc
munere placuit decorare Cum a Domino Iacobo Philippo
concive nostro fueris plurimum laudatus, qua re
Nos autoritate nobis a Concilio generali concessa, te
Magistrum Fabium preceptorem publicum filiorum nostrorum
eligimus et deputamus per sex menses primo futuros
et deinde ad beneplacitum nostre communitatis cum mercede
et salario quadraginta scutorum ad Iulios decem pro scuto
solvendo singulis annis tibi a nostro questore seu aliis, prout no-
bis videbitur de terzaria in terzaria pro rata parte
persolvendorum et normam unius panis in qualibet
ebdomada et pro quolibet discipulo exceptis forte aliquibus
pauperibus, Et cum honoribus et oneribus solitis et consuetis
Hortamur igitur te ut prepositis conditionibus circum-
spectis electionem hanc libenter accipias sive quod si
de renunciatione nos quam primum certiores facias Te
ad nos conferas ad Kalendas Februarii proximi et
si citius poteris volumus et quod pecuniis vestris
solvatis Cancellario nostro carlenos decem pro eius mercede
In quorum fidem has presentes per nostrum Cancellarium fieri ius-
simus et nostro solito sigillo muniri Datum in Cancellaria nostra
sub die vigesimasecunda Januarii 1571

Loco ○ sigilli

Jo: Xpoforus Canc.
de mandato

Ogni Scolare da-
va una Pagnot-
ta per Settimana
al Maestro.

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 232 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR